

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Rector Et Senatus Universitatis Rostochiensis Civibus suis S. [Leges & Statuta, in quae Sociae Academiae consenserunt, ut Marpurgi Anno 1639. illa publicata sunt sequentia]

[S.I.], [1639]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734615043>

Druck Freier  Zugang



R U. Progr. 1639.

1) Johannes Huswedel

2) " "

3) Johannes Bothmann

4) Edictum contra Schorister

5) " - - - et leges.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734615043/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734615043/phys_0002)



Rector & Senatus Universitatis Rostochiensis
Civibus suis S.

Cum jam per aliquot annos intellectum, & experientia deprehensum sit,
non sine summo pietatem, honestatem, & recta studia amantium viro-
rum dolore, quanta labes, imo quanta pestis, cum in alias Germaniae Acad-
emias, tum in hanc nostram quoq; à primo & summo generis humani, imo o-
mnis pietatis & honestatis, ac studiose juventutis hoste, per socios pravitatis
invecta sit: jure putavimus ad curam & officium nostrum pertinere, ut na-
scenti malo, cum lenia remedia haec tenus non suffecerint, jam adulteriori effica-
ciora querere, & inventa applicare possemus. Proinde Anno 1637. 14. Maii
contra Schoristicam & actiones, ut vocant, Pennalisticas affixum Programma,
in omnibus suis sententiis & clausulis omnino repetitum volumus, & ne quen-
quam ignorantia excuset, huic Programmati illud inferendum duximus.
Verba ejusdem ita habent:

Arbitrati fueramus fore, ut tandem schoristicae & pennalisticae actiones,
divexationes, depilationes, ex Schola nostra fatescerent; quum non saltem
horum autoribus, qui jurati nobis obedientiam promiserunt, s̄epe, serioque,
ut ab iis abstinerent, imperaverimus, & poenis, quas illorum facta merentur,
afficerimus: sed & Deus ita cœlitus in nos detonet bellicis deprædationibus,
direptionibus, devestationibus, ut quisque, qui vel mica pietatis reliqua est, sibi
ipsi modestiam, & ab his nequam factis abstinentiam imperare debeat: ne-
dum ipse alios divexat, & in eorundem crumenas involat, sibi, suis, patriæ,
consimilem poenam attrahat: Arbitrati, ut diximus, fueramus, haec & hujus
generis alta, adeò validos esse debere, ad pennalisticas actiones, & depræda-
tiones expugnandas arietes, ut super iis tollendis nobis amplius non esset la-
borandum. Verum ea est quorundam protervia, & improbitas, ut contem-
pto Magistratu, & quo ipsi sunt obstricti juramento, spretis comminationi-
bus & poenis, susq; deq; habita divini numinis ira, his se affines faciant facino-
ribus, dedecore plenis. His itaq; denuo significamus.

Si quem porro Schoristicam exercere deprehendemus. *Primo*, ejus,
eorundem nomina prescribemus ad Magistratus illorum locorum, in quibus
nati sunt, ad eorundem parentes, tutores, agnatos, patronos, & monebimus,
ut haec carcinomata domum ad se avocent, ne sana corporis nostri membra
inficiant.

):

inficiant. **Secundò**, si illos, ad quos scribimus, moras in avocando nectere intellectu exerimus, eos, more in Academiis usitato, exesse jubebimus. **Tertio**, si Professor, aliudvē Academiz membrum quemquam in suo convictu esse intellectu, qui se pennalistica & schoristica nequitia socium fecit, cum aedibus suis ejiciet, in convictu porro non patietur, praesidis in disputationibus quā publicis, quā privatis, officia denegabit. **Quarto**, nulla sibi hac in Universitate nostra, à quacunq; facultate, vita & eruditionis testimonia, honores, honorum titulos impetraturum sciat.

Hæc sunt, quæ hac vice significanda esse duximus. Bonis, qui Deum & Magistratum suum reverentur, quibus juramenti religio sacrosancta est, qui ad studia virtutis & literarum serio ac sedulo incumbunt, hæc non sunt dicta. Improbis hæc ita proposita volumus, ut vel redeant in viam, vel quæ comminati sumus, expectent. In bivio constitutis, ne se in consortium pravorum detrahi sinant, nec iisdem se cum illis pœnis, iraq; divinæ involvant. Omnes paterna nostra monita ad animum admissuros speramus: secus qui fecerit, Deum & Magistratum vindicem habebit.

Hactenus prioris, divexationibus Schoristicis & actionibus Pennalisticis, oppositi Programmati yerba fuerunt, additis pœnis Academicis illis omnibus denuntiatis, qui actiones eas prohibitas quocunq; modo exercere deprehenderentur. Verum ut ingeniosa est nequitia, ita facile rimam invenit, quæ elabi se posse, fraudem legi se facere, & impunitatem sibi promittere speraret, eo, quod Schoristica & Pennalistica actiones, illo in Programmate merito damnatae essent, Societatum verò & Conventuum Nationalium, qui actionum harum anima & spiritus sunt, nulla facta esset mentio. Posse igitur hoc pacto actiones illas illaudatas quasi fomento conservari. Cum ergo manifestior sit, harum Societatum & Nationum indoles, testatiorq; ex actis quotidianis, quam ut negari possit, ne quid amplius ad excusationem prætendant, hoc Statuto nostro Juramenti Studiosorum formulæ conjungendo ordinamus, & civibus nostris, Academicæ Jurisdictioni subjectis, denuntiamus.

PRIMO, ut quicunq; nomina sua, quocunq; modo profesi sunt apud Seniores & Fiscales (ut vocantur) quacunq; Societatum & Nationum fuerint, iis nuntium remittant, nihil deinceps commercii Socialis cum iis habent, neq; ullo modo Socialibus conventiculis intersint.

SECUNDÒ. Fiscales & Seniores illos monemus, ut non solum' titulis abstineant, factionem resipientibus, sed rem quoq; ipsam & munus vitiosum deponant, neminem Societati & Nationi, ut nomen apud se profiteatur, iniicient,

tent, vel per emissarios invitati carent, multo minus recipient oblatum, & in catalogum referant: à nemine pecuniam qvocunq; modo aut nomine postulent: neminem ad servitia qvæcunq; sibi præstanda, vel ad convocabandas Socios, vel ad Philothecas circumferendas, vel ad citationes exeqviales, vel ad qvæcunq; alia cogant, nemini certum tempus, quo illum Pennalem, ut nominant, esse oporteat definiunt, nec à Pennalismo absolvant, qui jam ante consuetis Academæ ritibus in numerum Studiosorum receptus est, neminem compotando & contumeliosè tractando lèdent, nec calcaribus pungant, colaphos infringant, crines ignominiosè tondeant, cerevisiam faculentam sebo aut ligulis aliisq; sordibus repletam, bibere cogant, & ab aliis qvæ recensere non tam supervacaneum qvàm inhonestum arbitramur, abstineant: cum in homines liberos & eorum bona nihil juris habeant, neq; ulla juris vel auctoritatis prætextu quenquam sibi nullo modo subjectum punire, multare, aut castigare possint, nisi per flagitosam & inexcusabilem inobedientiam, petulantiam Studioſo indignam, & juramenti Academæ præstiti neglegentum, contemptumq;, qui perjurii nomen meretur. Igitur si quis adversus hæc Edicta nostra Schoristicae & actionibus Pennalisticis, ut & Conventuum Nationalium actionibus illaudatis, depilationes & scurilitates Pennalisticas, promoventibus opposita fecerit, atq; hoc pacto conscientiam suam ledere, ei que plagam gravissimam & insanabilem incutere non dubitaverit, Sciat fore ut Magistratus legitimi oculus vigilet, convenienti severitate suum officium exercatur & Academicis poenis delinquentes afficiat. Et ne hic latibulum qværant Schoristæ, Pennalium vexatores, Nationalium conventiculorum Socii, haclenus usurpatum, ut exclusi ab hac Academia, in aliam sibi patre accessum arbitrentur, placuit jam plerisque Germaniae Academiis communis malo, commune addere remedium. Qui itaq; Schoristicae exercere, & Pennalisticas actiones instituere deprehensus & convictus fuerit, tum & actiones illas antea recensitas in Conventibus Nationalibus, vel ipse exercuerit, vel promoverit, illum non solum à loco delicti, sed & simul à cæteris Academiis Sociis, qvibus relegati actiones significabuntur, relegatum iri. Neque dubitamus qvin Illustrissimus, Reverendissimus Celsissimusq; Princeps ac Dominus DN. ADOLPHUS FRIDERICUS, Dux Megapolitanus, Administrator Episcopæ Sverinensis, Princeps vetustæ gentis Henetæ, terrarum Rostochii & Stargardie Dynasta, Academæ nostræ Cancellarius Magnificentissimus. Et Amplissimus ac Prudentissimus hujus Urbis SENATUS, Academæ nostræ Patroni, facturi sint, qvod Serenissimum Dn. Electorem Brandebur-

gicum, in sua Academia Francosurtana ad Viadrum, & Illustris. Celsissimumque Principem ac Dominum, DN. GEORGIUM, Halsia Landgravium, in Academia Marpurgensi jam fecisse, publicè propositis Edictis ipsi contestati sunt. Quodq; alios Magistratus superiores facturos confidimus. Qvin arbitramur, si quædam Carcinomata, Epicuri de grege porci, fruges consumere nati, non men Studiosorum mentientes, hanc optimam Academiarum plerarumq; in Germania intentionem sanctè servandam, oculis suis machinis impedire, & aliqua ratione Diabolica arte infringere tentarent, rum Deum justissimum, vivorum & mortuorum futurum judicem, lassam sui nominis Majestateim, Quartu Decalogi præcepto expressam, minimè inultam & impunitam dimisurum, sed reos secularibus in hac vita poenis, mortuos vero suppliciis æternis mactaturum. Nemini hæc imprecamur, modo ne ipse in hæc se furioso præcipitet. Publicatum sub Sigillo Universitatis, Dominica Rogationum. Anno 1639.



Leges & Statuta, in qvæ Sociæ Academiæ consenserunt, ut Marpurgi Anno 1639. illa publicata sunt sequentia.

Si qui delati deinceps accusativè fuerint, novitiis Academicorum studiorum, sive aliunde accesserint Academias, sive in iis nati, atq; ad literarum cultum ibi à suis eructi fuerint, pecuniam aut compotationem seu extoruisse vi ac minis, seu simulatis persuationibus exsculpisse; aut alias quamvis rem vel eripuisse palam, vel arte ac dolo subduxisse; tum eos conviciis verberibusve tractasse indignè, aut qvavis ratione qvocunq; loco ac tempore exagitasse; Postremò vel interfuisse his rebus illicitis, & perpetrantibus talia, navasse operam, ac quasi egisse secundas, de ea causâ neq; cognoscat privatim Rector, neq; pronunciet; Verùm ad totum Senatum quamprimum referat, admonitis Patribus, ut neq; odio duci, nec gratiâ, ad normam legum, & juxta pacta conventa sententiam ferant. Nunquam autem nec connivebit qvicquam Rector, aut dissimulabit hujusmodi, nec etiam alios patietur id facere. Si fiat tamen (quod minimè futurum existimamus) reliqui Professores sui qvemq; sedulò monebunt officii, dabuntq; operam, ut rei ac fontes pro legum ratione mature ac sine morâ puniantur. Jam si contingat, ut, qui delati hujus criminis, vel omnes, vel maximam partem, aut convictores cuiusdam è Patribus, aut dome-

stici

fici sint; huic interesse senatui, cum de iis refertur, atq; sententiam dicere, fas non esto. Ne si lenius fortè, ac mitius de suis (qvibus non pauci favere semper assolent) statuat, aut flectat in diversa, alios, si sit secundus a cœlo qvæns; aut libere decernendi potestatem eripiat iis, apud qvos suā autoritate plurimū valet.

II. Coniecti hujusmodi criminum, si in re aliquā sint, adiungentur ante omnīa, ut sumptus non tantum, qvi facti sunt, sed qvicquid in aliis rebus novitio datum est damni, quanti videlicet id estimatum à magistratu fuerit, rependant omnino; deinde sine ullo respectu aut personæ ac loci, aut conditionis ac meritū, relegendū & ejiciantur ex literatorum societate, ad plures alii, alii ad pauciores annos, pro modo scilicet eorum, qvæ admiserunt. Nam gravius omnino animadvertisendum in illos est, qvi tubæ ac faces hujusmodi petulantiae fuerunt (qvi diligenter investigandi) qvām qvi persuasi aliorum vocibus, se iis postea adjunxerunt.

III. Programmata, qvibus relegationes istæ promulgandæ sunt, typis funto descripta: qvorum certa exemplaria in relegatorum transmittentur patrias: ut quantò deteriores ac perniciosiores hoc genus noxae: tantò conspectiores quoque, atq; sic omnibus detestabiliores evadant.

IV. Præcipue docendæ de eo sociæ ac foederatæ Academæ per literas sunt, & ea ipsa Programmata, de qvibus commemorayimus modo, eisdem incunctor transmittenda, ut caveant sibi ab istiusmodi pestibus, & omnem ipsis similiter in viscera sua grassandi licentiam mature præcidant. Sociæ vero Academæ, simulac acceperint hujusmodi literas, respondebunt statim, ac signifocabunt, rectè suisle perlatas. Qvō, si detineantur alicubi fortè, aut intercepte penitus sinit, ex ipso silentio, qvid iis factum, constare queat, utq; submitti aliae possint, qvæ priorum partibus defungantur. Atq; hæc ratio in aliis qvoq; negotiis, ubi communicatione qvādam opus est, observabitur. Ac merebant qvi dem istius notæ homines, ut ab omni communione Academicâ excluderentur longè; tamen ne supra modum severi ac duri videremur, qvos esse in suos Paternō animo convenit, qvo nihil benignius, decrevimus, ut qvi hujusmodi neq; quissimorum ludorum duces atq; autores fuerint: aut in iis atrocius gesserint partes; ii qvidem ex cæteris Academias sociis omnibus, qvam primum de iis acceperint (neq; enim differri res debet) relegendur publicè solenni more: nec ullus ipsis intra definitum tempus, ad eas accessus pateat: complices vero & adiutores eorum, qvi non tam enorimenter & profligate transgressi officii fines, & obsecuti magis alii, qvām suā sponte peccarunt, tamen & ipsi ob eam culpati relegati sunt; iis ad alias foederatas Academias non interclusus qvidem aditus

planè sit; sed èa tamen lege apertus, si confessi errorem suti m ac culpam, Magistratui Academico fidem sanctè dederint, se frugi futuros postea, nec quicquam hujusmodi deinceps designaturos esse. Qvòd si se fellerint, atq; iisdem criminibus denuò se obstrinxerint, tūm relegentur illicò, atq; ad plures annos qvidem: eamq; relegationem Academiac ceteræ, quibus in hæc convénit paclæ, simul de èa per literas publicumq; programma intellexerint, ratam & ipsam habeant, atq; de èa Scholasticos peculiari scripto, ut solet fieri, publicè commonefaciant.

V. Atqui si fiat, ut symposia istiusmodi instituantur tām callidè, ut vera causa maxime lateat, & qvidvis aliud potius videatur agi, qvam qvod re ipsa agitur, & demonstrare eorum, qui interfuerunt, quispiam poterit, nihil quicquam de eo, cum accederet, constitisse sibi, eamq; ignorantiam suam adeò idoneis rebus probaverit, tūm ille, aut si qui plures fuerint, non relegatione qvidem, sed arbitria pœnâ afficiantur.

VI. Qvæ omnia eti firma & inconcussa esse volumus, eò tamen trahi non debent, ac si relegatis semel hoc nomine, nulla omnino restitutio spes relieta maneat. Et tamen de èa frustra erit, nisi qui reconciliatus Academiac fuerit, unde proscriptus primùm ob commissum ibi facinus ac relegatus est, qvòd ipsi præcipue confugiendum. Nee erit cuiq; copia interim versandi in ullâ foederatâ Academiac, priusq; idoneis rebus, hoc est, publico testimonio demonstret, delicti veniam, & potestatem continuandi in Academias sociis studia, legitimè se obtinuisse. Neq; enim temerè & simul peti cœperit, ea concedenda venia est: extrahetur non nihil res, & deliberabitur probè, ne facilitate peccetur aliquid, & inconsulta lenitas præcipuum nostræ sanctionis robur enervet, totamq; viliter prostituat, Præcipue verò necesse erit, ut honestè actæ vitæ hac tenus & probè, testimonia fide digna afferant, qui velint restitui, atq; ut habeant aliquos viros præstantes doctrinâ virtuteq; ve, aut alia singulari laude claros ac celebres, qui intercedant pro ipsis, ac velut spondeant, nihil imposterum tale ab iis temerè commissum iri. Qvæ duo, nisi quis præstet sedulò, atq; præterea non verbo tantum, sed scripto etiam caveat, imposterum sese rerum hujusmodi neq; auctorem, neq; affinem aut socium futurum unqvam; indignus certè, qui conseqvatuerit veniam, & pristinum locum recuperet, statuendus est. Sed si ad istam rationem, aliquis restitutus fuerit, & tamen aliquantò post ad ingenium, quasi ad armillum anus, redeat, ac in eosdem denuò, ex quibus se vix expediti ægrè, laqueos se induat; ab omnibus foederatis Academias excludatur. Ne iterum fallat, & disciplinam, quantum in ipso est, collabefactet

atque

atque debilitet, postquam semel ac iterum legum claustra perrumpit. Quæ
sancta & inviolata esse non possunt, nisi justo terrore poenarum, custodis in-
star, muniantur.

VII. Ac quoniam sœpius accidit, ut qui nihil aliud habent, quo pravè facta
excusent, ignorantiam culpis prætexere soleant, idcirco in id incumbent Re-
ctores, ut omnes, qui nomina sua profitentur apud ipsos, atque in Studiosorum
numerum recipi postulant, sive jam primum accedunt ad Academias, sive jam
olim in iis yixerint alibi, non modò de hoc decreto nostro ac pacto admone-
antur diligenter, sed ut iidem religiose promittant quodque inter cætera aucto-
menti Academicici capita (prout recepta admittit ratio) neque se ipsos contra
hanc sanctionem nostram molituros unquam aliquid, neque dissimulaturos, si
alii ipsis hoc improbitatis genere molesti fuerint ac graves.

IX. Sed quia fieri potest, ut aliqui præpediti timore & interminando
territi, officii sui obliviscantur; dandum negotium ministris publicis, quos &
Pedellos appellare consuevimus, pro ea fide, quæ alias obstricti Magistratū &
Reipublicæ Academicæ sunt, inqvirendi diligenter (nam captant fermè late-
bras sceleras, & quærum fallere) sicut in alias actiones Scholasticorum; ita in-
penalisaciones istas nefarias (nam quidni barbaram monstrosamq; rem, bar-
barā ac monströsā voce appellabimus?) ut protrahantur in lucem è suistene-
bris, & justo rigore vindicentur.

X. Atq; ut omnes viæ ac aditus obsepiantur veluti, per quos insinuare
se, ac serpere latius tam pestilens malum possit, navabunt Rectores operam, ut
per ordinarios Magistratus Hospitalibus, Cauponibus publicis, tabernariis, &
quocunq; nomine venire possunt, qui in hujusmodi rebus exercent quæstum,
quæ non tantum necessitati corporis, sed crapula etiam ac gula inserviunt, in-
terdicatur serio, ne procurare has comedationes, vel conviviorum etiam spe-
cie, aut adjuvare saltem quacunq; ratione sustineant: alias perdituros eos im-
pensas, pretiaq; rerum, quæs præbuere, & arbitrarià præterea poenâ puniendo
esse.

X. Porro cum infinitæ fraudes & machinæ sint, quibus nequam ille spi-
ritus insidiari bonis moribus solet, ac illud omne, quod ad pietatis, justitiae ac
honestatis rationem compositum bene ac ordinatum est, convellere ac dis-
turbare assidue contendit; quod, extincta virtute omni, ac pudore, impietas ac
petulantia impotens ubivis rerum potiatur, & cuncta misceat atq; confundat;
eamq; ob caussam elaborandum sedulò sit, non tantum, ut dignis modis hæc
compescatur improbitas, quam nunc præcipue nobis tanquam infastam ob-
fecnam.

scenamq; matrem, unde innumera aliae pestes prognasci solent, debellandam
& expugnandam sumsimus; sed ut & aliis facinoribus atque flagitiis, in quæ
procumbere juventus, tum mali genii instinctu, tum labore temporum cum
primis consuevit, iniciatur frenum, & disciplina Scholastica, sine qua nec sta-
re Academæ, nec sapientiæ studia, qibus Respublicæ nituntur præcipue ac
florent, conservari possunt, undeq; stabilietur roboreturq; : idcirco hoc
qvoq; pacatum conventumq; est, ut, qvicunq; ex aliquâ Academia socia quam-
cunq; ob causam proscriptus, ac relegatus fuerit, de eo foederatæ reliqæ ma-
ture admoneantur. Ut si facinorosi illi eò veniant, se non ignotos esse, & fal-
lere posse intelligant, atq; ob eam rem cautius se gubernare ac regere discant.
Tum ut hoe ipsum stimuli ac incitamenti loco sit, ad paria delicta pari severi-
tate punienda. Neq; enim facilius domari ac frangi malitia potest, quam si
ubivis par illi vehementiæ opprimatur. Qvocirca si usu venerit, ut semel ac
iterum aliquis qvacunq; ex causa relegatus sit, & tertiam vice in penæ ejusdem
necessitatem incidat, ejusmodi homini, ut desperatae perversitatis, ad nullam
foederatarum patere amplius aditus debet, eaq; de re ex omnibus regetur.
Idem tenendum de illis qvoq; est, qvi cum infamia exclusi sunt. Hoc enim ad
dignitatem Academiarum cum maximè interest, ut nusquam propudia ista &
de honestamento nobilissimi ordinis tolerentur.

XI. Postremo cum nullæ unquam leges aut tam prudenter excogitatae,
aut undiqueq; tam firmiter roboratae sint, qvin contrà commenti non pauca
fuerint callidi astutiq; homines, qibus, si non subverterent penitus, debilita-
tē tamē atq; insfringerent ex parte præclaræ sanctitæ: idcirco danda est o-
pera, ut hæc pacta conventionaq; nostra, in quæ servanda religiosè mutuò fidem
dedimus, supremi cuiusq; Academæ Magistratus auctoritate atque suffragio
confirmentur. Ita enim futurum existimavimus, ut qvò plus Majestatis inef-
set iis, hoc majorem religionem injicerent animis, qvi ad illarum observatio-
nem obligati alias devinctiq; essent. Nam gravius ac formidabilius est ad-
versus auctoritatem Principis, quam in eorum sanctiones delinqueret,
qvorum decreta atq; sententia à pøtestate summâ impediti
possunt.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734615043/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734615043/phys_0011)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734615043/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734615043/phys_0012)




atque debilitet, postquam semel ac iterum legum sancta & inviolata esse non possunt, nisi justo terstar, muniantur.

VII. Ac quoniam sapitis accidit, ut qui nihil a excusent, ignorantiam culpis praetexere soleant, ictores, ut omnes, qui nomina sua profertur apud numerum recipi postulant, sive jam primum acce olim in iis vixerint alibi, non modò de hoc decreterantur diligenter, sed ut iudicem religiosè promittant menti Academicī capita (prout recepta admittit rā hanc sanctionem nostram molituros unquam aliqui alii ipsis hoc improbitatis genere molesti fuerint.

IX. Sed quia fieri potest, ut aliqui praepediti territi, officii sui obliviscantur, dandum negotium Pedellos appellare consuevimus, pro ea fide, quā a Reipublicæ Academicæ sunt, inquirendi diligenter bras sceleras, & quārunt fallere) sicut in alias actiones penalisationes istas nefarias (nam quidni barbara barā ac monstrosa voce appellabimus?) ut protractbris, & justo rigore vindicentur.

X. Atq; ut omnes viæ ac aditus obsepiantur se, ac serpere latius tam pestilens malum possit, nav per ordinarios Magistratus Hospitalibus, Cauponis, qvocunq; nomine venire possunt, qui in hujusmodi quæ non tantum necessitatē corporis, sed crapulæ exterricatur seriò, ne procurare has comedationes, vicia, aut adjuvare saltem quacunq; ratione sustineant pensas, pretiaq; rerum, quas præbuere, & arbitrariā esse.

X. Porro cum infinitæ fraudes & machinæ si ritus insidiari bonis moribus solet, ac illud omne, honestatis rationem cōpositum bene ac ordinatū turbare assidue contendit; qvō, extinctā virtute omnipotentia impotens ubivis rerum potiatur, & cunctamq; ob caussam elaborandum sedulō sit, non tam compescatur improbitas, quam nunc præcipue nobis



the scale towards document

mpit. Qva custodis in-

o pravè facta umbent Re studioſorum nias, sive jam to admone- era auctora- ſos contra- nulaturos, si

terminando icis, qyos & agistratui & fermè late- um; ira in- q; rem, bar- i è suistene-

os insinuare operam, ut bernariis, & it quæstum, erviunt, in etiam spe- ros eos im- puniendos

vamille spi- justitiae ac llere ac dis- impietas ac confundat; modis hæc austam ob- scenam.

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. [redacted]